

CAP. XVI. EVANGELIVM.

suam cum meretricibus, venit, &c. Hic mihi videtur esse simplicior sensus. At si quis velit per iuniorem fratrem gentilem populum intelligere, ab idololatria, quæ fornicatio paſſim appellatur, ad fidem conuersum, totam penitentiam Iudaicam, quæ Christo indignata est, & apostolis gentes recipientibus, potest id quidem, neque est quod interpretationem nostram de seniore fratre, per quem turgidos Pharisaos intelligo, quisquam damnetur, non magis quam totam interpretationem Iudaicam, propter hæc verba, Tu semper tecum es. Quod facere videtur Caietanus, dum ait: Vnde hinc apparet, quod iste semper iustus perseverauit, alioqui non diceret: tu semper tecum es. At qui si de gente Iudaica intelligimus, quo modo Chrysostomus, Augustinus, alijque doctores, tunc sensus est: Nunquam tibi gratia mea defuit, qui & olim prophetas, nouissinè autem & filium meum misi, per quem si voluisses stare tecum, semper poteras. Si de eo intelligis, qui cum iustus aliquando perseverasset, tandem insolescere coepit, ac plus nimio meritis suis tribuere, sensus est: Tu semper tecum es, id est, hactenus mea gratia te diligente semper tecum fuisti, quem si agnoscere voluisses, non infolenter opera tua iactare, tecum semper fuisses.

CAPUT DECIMVM SEXTVM

Postremam partem penitentiam, scilicet satisfactionem, subdit, siue per pœnam damni sub parabola villici iniuriantis, siue per pœnam sensus sub diuite epulone: ex quibus infert, eleemosynam potione partem esse satisfactionis.

Dicebat autem et ad discipulos suos: Homo quidam erat dñus, qui habebat villicum, et hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, et ait illi: Quid hoc audio de te?

† Matth. † reddere rationem villicationis tuae: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus auferat a me villicationem? Fodere non valem, mendicare erubescō. Scio quid faciam, ut cum amotus fuerō a villicatione, recipiat me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantū debes

25.c.

De accusatio-

fatio. Qua-

liter. 2.

debēs domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixit illi: Accipe cautionem tuam, et sede, et citō scribe, quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: centum choros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, et scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: filii huius seculi prudentiores filii lucis in generatione sua sunt. Ei ego vobis dico: ¶ facite ^{14.9.5.} vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, cap. Qui recipient vos in eterna tabernacula. habetus.

Vel ex hac parabola docemur nequaquā oportere singulis respondere, sed spectandum in omnibus et hic prēcipue est, quorū euadat parabola: quis enim ferat hoc loco ut cuiquam concedatur aliena bona alteri conferre, quod hic cōeconomus fecit. Nam ubi interpres, habet villicum, villicationis, & villicare, Græcus Lucas habet, δικονόμον, δικονομίας, καὶ δικονομεῖν, Id est, dispensatorem, dispensationis, & dispensare. Inducitur autem ad hoc parabola, ut quemadmodum cōeconomus & dispensator apud dominum suum delatus, quod bona ipsius dissipasset, primū ab eo vocatur, ut delati facinoris veritatem agnoscat. Quia ex re docemur nō temere delatoribus credere, sed quod aiunt, audiendā esse partem: quemadmodum fecit dominus hic Euāgelicus, qui vocatum seruum dispensationis suā iubet rationem reddere, quia inquit: iam non poteris villicare, Græce δικονόμων, id est, non enim tibi posthac licitum erit bonorum meorum dispensationem & administrationē gerere. Quid autem facit malus illi dispensator, cum fodere nesciret, id est, operandi, ac vitam sibi parandi usum nullum haberet, quippe qui nullā didicerat artē, & mendicare erubesceret, versutū init ac prudens humana prudential consilium: Noui inquit, quid facturus sum, ut cū à domini mei honorū administrationē summorū fuero, habeā qui me in domos suas recipient. Itaque conuocatis domini sui debitoribus, ei qui centum cados debebat olei, sive ut magis propriè Græca habet βάρος. Est autē batus mensuræ genus in liquidis: Cadus autē propriè genus est vasis vinarij. Et batus, ut inquit Iosephus octavo Antiquitatū capite. 2. est mensuræ genus capiens se-

xtarios septuaginta duos: qui Hebraicè dicitur ηβαῖος,
Græcè βάτος. Vide Budæum & Agricolam. Et inquam
qui censum debebat, ex debito dominico quinquaginta
remitit, dicens: accipe cautionem tuā. Græcè, Δίξει τὸ^{ηγάμμα}. Puto autem hoc loco γράμμα sumi pro cautio-
ne chirographi, quam vulgo quittantia appellant, veluti
assecurationem de quinquaginta persolutis ab econo-
mo perceptis. Intelligendū est ergo quodd̄ malus econo-
mus chirographi cautionē dederit huic debitorū de
quinquaginta batis olei, quos domino suo rationibus
acceptum ferebat, vicissimque eū chirographū scribe-
re iussit, quo se quinquaginta debere fateretur. Quod
aut̄ ait interpres, sedē, Græcè est, καθίσσει, id est, cūm se-
deris, citō scribe quinquaginta scilicet te debere. Simili-
ter ei qui centum choros tritici debebat, acceptationē
dedit de viginti, iūsūtq; vt se debitorem ostegintia scri-
beret. Est autem chorus aridorum mensura, quæ capie-
bat medimos Atticos vnum & quadraginta, teste Iosepho Antiqui, lib. 3. Vide Budæum & Agricolam. Quod
autem habet interpres: Accipe literas tuas, Græcè est, τὸ^{ηγάμμα} δέ, hoc est, cautionem seu assecurationem tuā.
Quod verò ait laudatum à domino economū iniquita-
tis, id est, iniustū economum illum, non quodd̄ dominū
suum fraudasset, sed quod sibi de bonis alienis pruden-
ter causisset, intelligendum est laudatū, cuius prudentiā
iubet non imitari, quos vult interim dum hic viuimus,
ex māmona iniquitatis, id est, ex pecunijs & diuitijs, quæ
pleruntq; per malam administrationem iniustos reddūt
dispensatōtes, amicos facere, id est, pecunias quæ nostræ
non sunt, sed domini, nobis ab eo ad dispensandū cre-
ditæ, pauperibus in eleemosynā largiamur, vt cūm hinc
excesserimus, recipiant nos eiusmodi amici pauperes in
æterna tabernacula, id est, precibus suis in æterna vitâ
subuehant. Quod aut̄ prædictum est: Filii huius seculi prudē-
tiores sunt filii lucis in generatione sua. Pro genera-
tione, Græcè est, τοὺς γενιὰς τῶν ἑαυτῶν τοῖς, pro quo Eras-
mus vertit in natione sua: qua in re nō video, quid sibi
velit. Neq; n. alia ratio filiorū lucis & filiorū seculi. Ego
hic τῶν γενιάς, sumi puto αὐτήν τὸ γένος, vertendūq; pru-
dētiores sunt in suo genere. Diversi. o. sunt filii lucis, per
qua

quos iustos & probos intelligimus, & filij huius seculi, per quos iniustos & improbos, quibus secularia tantum cordi sunt, cœlestia negligentibus.

Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est, & qui in modico iniquus est, et in maiori iniquus est. Si ergo in inquo mamnona fideles non fuisti, quod verum est, quis crederet vobis? Et si in alieno fideles non fuisti, quod vestrum est, quis dabit vobis?

Vulnus verbis Christus adhortari oes, vt fideles sint in bonis dñi dispensandis, maximeq; in elargiendis bonis temporalibus, qua nostra non sunt, sed nobis à Deo credita, ne de illis plus quam par est, nobis ad superfluitatem cum dispedio pauperum tribuamus. Utitur autem huiusmodi argumento: Si fideles vos exhibueritis in dispensandis facultatibus temporalibus, quae præ alijs bonis dñi spiritualibus nihil propè estimanda sunt, ostendetis & vos fideles fore in maioribus administratis. Contraria autem, si in quo vos presteritis in distribuendo eo quod modico est precij, ostendetis & vos in distribuenda re maioris precij infideles fore dispensatores. Ergo bonorum vestrorum superfluitatem fideliter dispenseate: quia si in mammona iniquo, id est, in dispensandis opibus, quæ plerumque solent esse materia iniquitatis, quæ nullius propè precij sunt, neque locum habent inter vere bona infideles inueniuntur fueritis, quod verum est, quis crederet vobis? quæ vera & genuina bona sunt, utpote spiritualia gratia & virtutum bona, quis crederet vobis? & committet? quasi dicat: nisi beneficos & benignos vos in pauperes presteritis, nequaquam spiritualibus illis donis solis vere bonis dignabitur vos Deus. Quod enim hoc priore loco quidam codices habebant, quod vestrum est, depravatum erat à librarijs ex hoc loco post sequente. Nam Græce est, τὸ ἀληθινόν, id est, verum, potest tamen esse sensus legendo vestrum. Et si inquit, in alieno fideles non fuisti, in dispensandis facultatibus temporalibus, quæ vestre non erat, sed vobis à dño creditæ, ut fideliter dispensaretis, quod vere vestrum est, neque ab iniuris tolli potest, quis datæ vobis: quis n. quod ab iniusto eripi potest, quodque nulla via etiam statim effluit, cuiusmodi sunt temporalia hæc omnia bona, quæ nobiscum asportare

non possumus, iure ac verè suum appellare possit. Si ergo in alieno distribuendo infideles estis, quis quod verstrum est, dabit vobis? id est, Nolite putare quod spiritualia gratiarum & virtutū bona, quæ verè vestra sunt, si apprehendere ea vultis, quippe quæ à vobis inuitis afferri non possunt, & vel mortuos vos consequuntur, largitus sit vobis Deus.

¶ Matth. ¶ Nemo seruus potest duobus dominis seruire, aut enim unum odiet, & alterum diligit, aut unius adhæredit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mamonæ.

Non facilè quis seruiet duobus dominis qui contraria iubent, scilicet Deo & mamonæ. Deus n. & propria elargiri, & ab alienis abstinere dicit: mamonæ verò contraria neq; sua elargiri, nec ab alienis abstinere. Dñs iubet parcere gulæ, mamonæ verò ventri indulgere. Dominus iubet continere, mamonæ verò scortari. Dominus iubet humiliari, mamonæ superbere, & huiusmodi talia. Quis igitur mamonæ, id est, diabolo adhærente, & illum sustinente, vt Matthæus habet, imò etiam diligere, vt Deum contemnet, abiiciat, & odio prosequatur. Contemnit enim Deum, qui nimis de salute sua securus est, & de misericordia eius præsumit, iuxta illud Eccles. 5. ¶ Fili, ne adjicias peccatum super peccatum, & dicas: Misericordia Dei magna est. Abiciunt à se Deum, qui dicunt, Iob 21 Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Odit Deū de quo dictum est in Psal. ¶ Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Et, ¶ odio habuerunt me gratis.

¶ Eccle. 5.b.

¶ Psal. 73.d.
¶ Psal. 68.a.

¶ Matth. 11.d.

¶ Matth. 5.b.

¶ Matth. 12.d.

¶ Matth. 5.c.

Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra: quia

quod hominibus altum est, abominatio est ante Deū. ¶ Lex & prophetae usque ad Ioannem. Ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. ¶ Facilius est autem cœcum & terram præterire, quam de lege unum apicem

cadere. ¶ Omnis qui dimittit uxorem suā, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur.

Quia se iustificabant, id est, iustos vendicabant, & iocababant

Etabant Pharisæi coram hominibus: Ego autem dico, & 19.b.
 aut Christus, qui quod altum est hominibus, abomina- Mar. 10.b
 tio est ante Deum, id est, plerunque quos homines ma- 1.Cor. 7.b
 gnos, iustos ac probos reputat, abominationi sunt Deo. De eo qui
 Aut intellige, quod qui elato ac superbo sunt coram ho- cogni-
 minibus animo, cuiusmodi Pharisæi, qui se iustos pre se. con-
 alijs gloriabantur, abominabiles sunt Deo, & hoc vni- sanguis.
 uer Falter verum est. In hoc autem quod ait: Lex & pro- capite.
 phetae usque ad Ioannem. Vult his verbis Christus: quod Discre-
 lex & prophetæ ventura de Christo prædidentes, ipsum- tioné tuā.
 que adumbrat, quæ terrestre tantum regnum, rerum-
 que temporalium affluentiam carnalibus ludæis promit
 tebant, usque ad Ioannis tempora durauerint. Ex eo au-
 tem, id est, ab illius tempore cœlestè Dei regnum euangeli-
 zatur, & omnis inquit, in illud vim facit, Graecè βιά-
 στατη, id est, vicorrupit, ac per vim eō contendit, & an-
 ntitur ingredi. Et ex consequenti invenit in Pharisæos,
 qui soli insipientes sunt & segnes, nec in illud cœlestè
 regnum tendat, cum multipliciter sit à lege & prophetis
 eorum lapsus prædictus. Itaque facilius cœlum & terra
 corrumpentur, quam vel minima pars eorum quæ per
 scripturam de lapsu eorum prænunciata sunt, irrita fiat.
 Occasione autem accepta, tacitæ responderet quæstioni,
 qua quereretur potuissent, ut Matth. 19. quid sibi de libel-
 lo repudij videatur, qui dicit omnem legem ita exactè
 implendam. Quibus per duas propositiones absolutè re-
 spondet: Quicunq; dimittit uxorem suam vero sibi ma-
 trimonio copulatam, quacunque autoritate & causa, a-
 adulterio, si alteram ducere tentat. Et qui dimissam à vi-
 ro suo viuente viro duxerit, mœchatur.

Homo quidam erat diues, qui in diebus purpura & bys-
 fö, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam men-
 dicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius ulcri-
 bus plenus, cupiens saturari de micis quæ cædebant de men-
 sa diuitis, & nemo illi dabat. sed & canes veniebant, &
 lingebant ulcera eius. Factum est autem ut morevetur men-
 dicus, & portaretur ab angelis in finum Abrahæ. Mortuus
 est autem & diues, & sepultus est in inferno.

In scribarum & Pharisæorum avaritiæ & diuitiarū de-
 Gg 3 testa-

CAP. XVII. EVANGELIUM

testationem tandem subdit parabolam diuitis & Lazarī, vel si mavis cum Ambroſio dicere, historię narrationē, magis quam parabolā, quando etiam proprium nomen Lazarī exprimitur: mortui autem diuitis Christus consultò nomen tacuit, ne scandalō id esset affinib⁹ eius, vel idcirco diues iste quasi ignotus apud Deum nomine non designatur. Nota est ad literam intelligentia. Itaque si qua ad rem grammaticam spectat, expediamus: deinde quid hoc exemplo Christus innuat, expendamus. Sū Abrahæ vocat locū à Deo constitutū, in quem recipiebantur pīj spiritus ante Christi aduentū, quod qui illuc perueniebant, à cōmōdi fidei velut amplexu, qua Abraham patrem imitati erant, exciperentur. Quod verò ait interpres: Et sepultus est in inferno, Græca babent, καὶ ἐτάφη, καὶ ἐν τῷ τάφῳ ἐπάρσε τὸν ὄφελον, id est, & sepultus est, in inferno autem sublatis oculis, non ut oculos intelligas corporeos, sed mentis oculos.

Elevans autem oculos suos, cū esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret lin-
guam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abra-

ham: t̄ Fili, recordare, quia receperisti bona in vita tua, &
distr. 3. ca. Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò
Cauēdū cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnū
firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non
posint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pa-
ter, ut mittas eum in domū patris mei. Habeo enim quin-
que fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc lo-
cum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moyſen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent. Ait autem illi: Si Moyſen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Ex hoc loco discimus, quod in futuro seculo non so-
lū peccatores vident iustos, sed & iusti peccatores, sed
& agnoscunt. Peccatorum iusti vident supplicia, & iu-
storum fruitionē vident peccatores. Vnde Abraham vi-
dens

dens diuitem in tormentis, non improperaret illi scelerata sua, sed tantum quod bona in vita sua receperit, propter quae cruciatur. Vbi autem dixit, hic consolatur, Graecè est παρακαλεῖται, ideo passiuè lnmendū est consolatur, pro consolationem accipit. Quodq; ait: Et in ijs oīnibus inter nos & vos chaos magnum firmatū est, Graecè est, καὶ ἐπὶ τῷ οἰνοτάσματος ἡ μῶν καὶ ίων χάσμα μήτι αἰσχύνεται, id est: Et ad hac omnia chasma magnū siue hiatus & vorago inhians inter nos & vos, firmatū est. Age videamus quid hinc doceamur. Docemur quidem in diuite diuitiarum & affluentia serè comitē esse luxū, cùm in victu, tūm in vestitu. Docentur veri pauperes paupertatē & miseriā non impatiēnter ferre, neque aduersum fastos & fastidiosos diuites conuiitari, sed moderate eos ferre. Quod autem mortuus Lazarus portatur ab angelis in finum Abrahæ, id est, in locum, vbi ante Christi adventum verè piorum requiescebat animæ, licet in sepulco corpore, (nam sepulturæ eius non membrinat Euangelium) diues autem cum pompa videbile funebri sepultus, in inferno & tormentis agit: ac piorum describit consolationem, impiorum verò & improborum terrorem, quod hic pij pauperis contemptor & immanis torquet eum diabolis, ille patiens pauper & mendicus in sinu Abrahæ letatūr cum angelis: quem ibi intuitu diues mortuus frustrà Abrahā postulat ad se mitti, refrigeradæ vel paululū linguæ suæ gratia, q; qui in vita sua bona recepisset. i. ppetuis frutus esset delitijs, interim veris bonis neglectis. Vnde Græci habent recipisti bona tua, que tu scilicet interim sola cœstas esse bona, rationia ut congruū esset, vt Lazarus, qui in perpetua viuēs fuerat miseria, æterna piè mortuus frueretur letitia. Quod aut audis hic linguā et oculos nominari metaphōricās intelligendū est. Quod verò Abrahā afferit chasma magnū, ingentemq; voragine & hiatu intercedere inter se & diuite damnatū, vt ad se accedere dānati & beatū non possint, innuit frustrà dānatis beatorū subsidia implorati, quib⁹ cōmune inter se nihil esse potest. Quod verò de prestādo sibi auxilio diffisus, Lazarū aut ynum quæpia ex mortuis ad fratres suoshortādi illos gratia miti roget, argumēto est nō carere mortuos affectu in suos.

CAP. XVII. EVANGELIUM

Quod si naturali quadam affectione in viuos damnati mouentur, cur non & viuorum miserefcere, & pro illis patrem ac Christum orare sancti in celo degentes possint. At quanquam ex mortuis ad viuos mittere recusat pater Abraham, quod qui Moysi & prophetis de damnatorum miseria, & beatorum gloria credere noluerint, nequaquam illi ex mortuis suscitato credituri sint. In summa voluit Christus proposito huius historiæ exemplo ad benignitatem beneficentiamq; in pauperes hortari, ne quibus facultas suppetit, si neglexerint, aut despiciunt eos habuerint, similia tandem pendent cum epulo ne illo diuite supplicia.

CAPUT DECIMVM SEPTIMVM.

Scandalum fugere, & fratrem corripere docet Christus, ac fidem habere, & utiliter domino seruire: decem mundatis leprosis, diem iudicij iubet esse sollicitè expectandum, in quo non minus imminent periculum, quam clam diluvio & Sodomis.

ET ait ad discipulos suos: impossibile est ut non veniant scandala, † ne autem illi per quem veniunt. **V**tilius est illi si lapis molaris imponatur circa colum eius, & proiecatur in mare, quād ut scandala veniunt vnum de pusillis istis. Attendite vobis.

Leū. 19. idem est quod dicit Matthæus 18. Necesse est ut veniant scandala. Quia viderat Christus Phariseos verba eius & documenta ridere, docet cauēdum à scandalis, quoniam tot vitios mundus repletus est, ut vix vel nunquam accidere possit quin scandala pariat. Vt tamen illis qui actiū dant alijs occasionem ruinæ, inducuntque alios In omni. ad peccandum: & similiter qui occasionem peccandi reiu. ex bono opere sumunt, vbi nulla peccandi occasio est. Cetera vide Matth. 18.

Quemadmodum. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pententiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit §. Illud in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pénitetur autem me, dimitte illi.

Post